

Et eo facilius inclinarunt Domini in hanc sententiam: Tum quia attenta gravitate materiae non est verisimile, quod Comites de Thienis non fuerunt de praedictis certiorati à Procuratore, * maximè cùm ad dictum effectum terminum pectorit, & obtinuerit ponderat Roman. consil. 481, nu. 7, Hondon. consil. 55, nu. 54, lib. 1, Mascard. de probat. conclus. 554, n. 8, Rota dec. 131, n. 7, part. 2, diversor. & coram Comitul. dec. 119, eod. num. cum aliis per Aden. ad sanct. mem. Gregor. dec. 127, n. 11. Et propterea bene intrat dispositio text. ex adverso allegati in leg. item venient 22, §. petitib. nisi forte is cui denunciatum est eum certioraverit, ff. de petit. bared. & tradit Loffred. consil. 20, num. 20, circa med.

Tum etiam quia etiam extat statutum Pisauri disponens exp̄s, quod Cives, & Habitatores, qui de Civitate recesserint, possint citari dom. * eorum habitationis, quod statutum servandum esse, advertit Mandol. de inhibit. q. 67, n. 12, Rota dec. 569, n. 2, part. 1, recentior. Et comprehendere Comites predictos, qui ultra quamplura bona habent Pisauri domum apertam ubi retinent ministros, & familiam, probat text. in l. 1, §. domum, ff. de lib. agnosc. Bald. consil. 242, n. 8, lib. 1, Marcab. consil. 69, n. 62, & seqq. & consil. 70, nu. 44, Gratian. qui alios cumulat. disceptat. forens. lib. 3, cap. 484, n. 16. Hieronym. Laurent. decis. Avenion. 140, num. 4, & 5.

Non obstat, quod licet rubrica loquatur per dictiōnem alternativam de Cive, vel Habitatore, Nigrum tamen disponat simpliciter ab illo dicta decisione, vel, nam cùm rubrica * habeat orationē perfectam per eam Nigrum declarari, & extendi debet, ut desumitur ex text. in leg. unica, Cod. de capitāt. Civ. censib. exim. gloss. in l. 1, verb. retractare, Cod. ne lic. tertio provocar. Alexand. consil. 1, n. 7, lib. 4. Curt. junior. consil. 107, n. 2, & seq. Thob. Non. consil. 17, n. 2, & 3, Menoch. de pr̄sumpt. lib. 6, pr̄sumpt. 1, n. 16, Rota coram Andrea dec. 110, n. 2, & seq. & in recentior. decis. 445, n. 8, & decis. 498, sub n. 6, part. 4, & pluribus exornat Surd. consil. 163, num. 12.

Et tamen Comites de Thienis non possunt dicere, se non esse Cives dum tales * plures se enunciarunt in diversis Instrumentis, & signanter in mandato procurae de anno 1633, facto in persona Mancini, leg. generaliter, Cod. de non numerat. pecun. Roman. consil. 391, n. 7, & seqq. Mantic. de tacit. lib. 3, tit. 10, n. 28, in fine. Rota coram Buratt. decis. 113, num. 1.

Et ita utraque, &c.

DECISIO LXXVII.

R. P. D. CERRO.

Bononien. Fideicommissi.

Luna 27. Junii 1652.

S U M M A R I U M.

- 1 Immisso tam propter obitum, quam contravenctionem, hæredis gravati, fideicommissario conceditur. Non retardatur ob præventionem illiquidam, n. 6.
- 2 Alienationis prohibito qualiter concipiatur, inter personas vacatas non attenditur.
- 3 Fideicommissum jam agnatum hæres gravatus cedere potest alteri vocato.

- 4 Pronunciatio ob non purificatam conditionem resolvitur.
- 5 Legitima acceptata in usufructu, nequit ulterius praetendi.
- 6 Trebellianica etiam filiis primi gradus, prohiberi potest.
- 7 Alienationes primæ imputantur in detractiones, & num. 9.
- 8 Nemo plus juris in alium transfert, quam ipse haberet.
- 9 Obligatio anterior aliis preferitur.

Domini, non attentis quæ ex adverso fuerunt deducta, responderunt pro confirmatione decisionis, concedentes immisionem Pompeo super bonis fideicommissariis Prosperi; nam fideicommissum non controvertitur, & purificatio ad favorem Pompei est clara, tum attento obitu Angelæ, & Ludovici sine filiis, * tum etiam propter alienationes à Vincentio, & Ludovico factas contra expressam prohibitionem Testatoris l. peto, §. fratre, & l. cum pater, §. liberus, ff. de legat. 2, Ruin. consil. 127, n. 13, lib. 5, Surd. consil. 116, n. 16, & seqq. Gabr. consil. 118, n. 2, lib. 1, Fusar. de substit. qu. 554, n. 6, Rota coram Merlino decis. 440, & 445, utroque num. 5.

Nec quicquam facit, quod prohibitio de non alienando non stet de per se, sed sit consecutiva ad præcedentes substitutiones, & propterea non possit inducere novum fideicommissum. Quia hodie non agitur de extensione fideicommissi ultra Personas exp̄s vocatas, * in quibus terminis procedunt authoritates ex adverso adductæ, sed tautum, quod comprehensi in illo possint avocare bona ab hærede gravato alienata, quo casu non attenditur, quomodo prohibitio concepta fuerit, ut ponderat Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 6, tit. 14, n. 24, Fusar. de substit. q. 688, num. 9, Rot. coram Merlino decis. 669, à num. 3, per tot.

Prout pariter non obstat, quod adhuc supervivat Vincentius: Nam cùm ipse alienaverit bona fideicommissi, & ob hujusmodi alienationes illud ad favorem Pompei apertum fuerit, quin in idem Pompeo iura sua deinde cesserit, * eo magis immisso concedenda venit, quia non impeditur hæres gravatus fideicommissum jam agnatum Alteri vocato cedere, ad text. in l. post mortem 12, Cod. de fideicommissi. Curt. junior in l. 2, col. 1, C. de pæt. Larrea decis. Granat. 15, sub n. 1, & 10, cum aliis per Fusar. de substit. q. 524, n. 14.

Et licet idem Vincentius iura prædicta per prius renunciaverit ad favorem Angelæ: Attamen cum talis renunciatio facta fuerit sub conditione, quod in casum prædecessus ejusdem Angelæ, & Ludovici sine filiis qui casus evenit, * bona ad Ceden-tem deberent reverti, talis renunciatio, & cessio attento pacto prædicto habetur, ac si facta non fuisset ad text. in l. qui balneum. & leg. potior. ff. qui pot. in pignor. hab. Paris. consil. 48, n. 12, lib. 1, Surd. consil. 178, n. 11, cum aliis quos refert Mantic. de tacit. lib. 14, tit. 46, à num. 1.

Non obstant prætensiæ detractiones, nam respectu legitimæ placuit responsio data in decisione, quod in illam imputari debeat usufructus in testamento relietus. Cumque Elisabeth * ex cuius persona legitima petitur, testamentum acceptaverit, non est amplius de ea quærendum, ex quo illam consecuta fuit Soccin. jun. consil. 122, num. 8, lib. 1, Peregrin. de fideicommiss. art. 36, num. 62, Rot. coram Merlino decis. 642, sub num. 4, & decis. 664, num. 43, decis. 514, num. 3, part. 4, divers.

Ad materiam de Alim. Decis. LXXVII.

137

divers. & in recent. decis. 613, n. 13, & dec. 342, num. 5, part. 5.

Vel faltem negari non potest, quin ex perceptione usufructus prædicti creditum remanserit illiquidum, * adeo ut donec ex adverso status hæreditatis non liquidatus sub tali prætextu immisso retardari nequeat, Rot. decis. 77, n. 15, & 16, part. 5, recent. & decis. 121, n. 9, part. 6, & latè firmatum fuit in Bononien. manutentionis 19. Junii 1647, coram R. P. D. meo Bichio, in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21. Junii 1649, coram R. P. D. meo Peutinger, & in Bononien fideicommissi 5. Decembris 1650, & 16. Junii 1651, coram me; ultra plures relat. à Gratian. discept. foren. 994 num. 11, & seqq.

Respectu vero Trebellianicæ, constat de expressa prohibitione facta per Testatorem, * & est certum illam prohiberi posse etiam filiis primi gradus juxta veriorem opinionem, quam probat Alex. in l. cum hæredi §. cum filie nu. 8, ff. de vulg. Gallia. in l. Centurio sub n. 56, ff. eodem, Paris. consil. 1, n. 83, & seq. lib. 3, & latè prosequitur Molin. innumerous cumulans, de primog. Hisp. lib. I. cap. 17, nu. 11, vers. contrarium tamen. Caslador. decis. 4, de test. Mantic. decis. 348, n. 1, & in recent. dec. 462, n. 5, part. 4, tom. 2.

Remanent aliae detractiones, ex adverso justificatæ, consistentes in novem partitis, & constituentes summam lib. 14771, computando in dicta summa dotem Angelæ in libr. 330, tantum, cùm de reliqua summa appareat satisfacta, & quidem quoad summam lib. 8024, res caret difficultate, quia pro parte Pompei docetur de alienationibus, & exactionibus factis in dicta quantitate per Haeredes gravatos ante annum 1631. & sic ante secutam alienationem bonorum, * de quibus agitur, quæ propterea in causam præfatarum detractionum cedere debent, jux. text. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. Rot. in Romana fideicommissi. de Capite ferreo 10. Martii 1645, & 19. Februarii 1646, coram Eminentiss. Card. Corrado, cum concordantibus adductis in Mediolanen. bonorum 18. Martii 1648, coram R. P. D. meo Bichio, & 31. Maii 1649, coram eodem Eminentissimo Corrado.

Pro reliqua vero summa lib. 6757 existimarent Domini constare de sufficienti satisfactione ex quo ad manus Elisabeth, & Angelæ ejus filiæ per venerant pecunias in dicta hæreditate repertæ, mobilia argentea, & alia pretiosa ascendentia ad lib. 9700, juxta descriptionem, & estimationem factam in Inventario, necnon diversa credita etiam vigore litterarum cambii in quantitate libr.

7520. Unde ex illis detractiones * apparent consumptæ, & quod hærides sibi satisficerunt jux. texti. in l. a divo Pio, §. in venditione, ff. de re jud. & in l. cum heres, ibique gloss. verbo deducitur ad S. C. Trebell. Surd. consil. 290, n. 33, vers. insertur, & decis. 170, sub n. 1, & seq. Rota decis. 680, n. 7, part. 1, divers. Caval. dec. 330, n. 4, Buratt. dec. 641, n. 7, & latissimè firmatum fuit in Bononien. fideicommissi de Amorinis 18. Maii 1648, coram R. P. D. meo Melio.

Ac proinde sicuti Elisabeth, & Angela, si essent in rerum natura, non possent prætextu assertarum detractionum excipere de retentione bonorum, que in Adversarios fuerunt alienata, ita nec tali exceptione uti possunt iidem. Adversarii habentes ab illis causam, ad notata per DD. in leg. nemo plus juris, ff. de reg. jur. cum similibus.

Maxime, quia eadem mulieres cum hypotheca, & pacto precari ac clausulis amplissimis, promis-

Decisiones ad Tract. de Alim.

serunt, finito usufructu, restituere bona prædicta, quæ obligatio uti anterior cuicunque posteriori præferenda venit, Rota decis. 419, n. 13, part. 4, tom. 3, recent.

Et ita, &c.

DECISIO LXXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana devolutionis Domus:

Veneris 21. Junii 1652.

S U M M A R I U M.

- 1 Confessio caducitatis in emphyteuta inducitur ex acceptatione remissionis, & novæ investitura. Impugnari nequit per consentientem, n. 2.
- 3 Caducitatis per remissionem acceptatam ab emphyteuta liti censemur renunciatum.
- 4 Litis calumniosa pendentia non attenditur.
- 5 Appellatio à mandato de manutenendo executio- neme illius non suspendit.
- 6 Investitura dicitur nova, quæ fit post remissam caducitatem.
- 7 Concessiones in emphyteusim alterata in substancialibus dicuntur novæ, etiam si se referant ad præcedentes.
- 8 Caducitate remissa, si Dominus emphyteusim investiat, quando dicatur nova concessio.
- 9 Verba, de novo concedimus, sola non efficiunt novam investitutam.
- 10 Pacta nova ecclesia utilia non reddunt concessio- nem ecclesiæ novam ad effectum Beneplaciti. Pacta ecclesiæ præjudicia lice Beneplacito non subsistunt, num. 11.
- 12 Beneplaciti defectum sola Ecclesia opponit.
- 13 Clausularum, ad habendum, & in perpetuum virtus evanescatur, ex prohibitione alienatio- nis, sine consensu Domini.
- 14 Emphyteusis non est transitoria ad extraneos, quando alienari permittitur solū inter compre- bensores.
- 15 Priorissa, & privator recipiendo canones Eccle- siae præjudicat, quando ab ea remissio caduci- tatis penderit: fallit, ut n. 16.
- 17 Beneplacitum requiritur, quando res non est so- lita concedi in emphyteusim. Non sufficit, nisi concurrat etiam utilitas n. 18.

NOvas esse concessiones factas de anno 1597, Francisco Calandro, & de anno 1612. Angelæ Calandæ, prout firmat decisio edita sub die 14. Decembris proxime præteriti hodie ad trutinam revocata præmittendum esse ad faciliorem ejusdem decisionis confirmationem, Domini censuerunt ponderantes iterum, quod dictæ concessiones non emanarunt ob lineam finitam, sed post apertam devolutionem ex culpa emphyteutæ in alienando dominum emphyteuti- cam, ac non solvendo canonem, quam culpm, * & consecutive caducitatem Hospitale adversarium cùm habeat causam à dicta Angelæ, & Francisco, qui in præcitatibus concessionibus caducitatis remissionem etiam mediante solutione certæ quantitatibus, ac sub novis pactis, ut infra dicam, acceperando fassi fuerunt, cap. ex ore, versicul. per hoc de his quæ fuit à major. part. cap. Dec. consil. 206, numer. 7, versicul. ubi exhibens. Rota in Cracovien. Jurispascendi 28. Jun. 1651. coram

m 3

2 coram me, excusare, * aut impugnare non potest, Rota decis. 290, n. 2, part. 1, recentior. decis. 293, num. 2, ad med. part. 2.

Ut propterea gratis ex adverso allegetur praesentia litis super caducitatē, & appellatio interposita à decreto manutentionis Monialibus Domini directis, quæ tanquam de re devoluta possessionem apprehenderant concessæ, quia postmodum per acceptationem, * ut supra, remissionis caducitatē à lite recessisse & bonum jus Monialium agnovisse, necnon dicto decreto manutentionis acquirevisse censentur, Bald. de renovat. emphyteut. lib. 1, q. 4, n. 12, versic. emphyteuta enim, ex text. in leg. si quis ante, ff. acquir. possit. I. pacta novissima, C. de pact. aliquie initio allegati. Præter quod cum factum alienationis, & mora in solvendo canones esset incontravertibilis, & exinde ex speciali pacto in antiqua investitura apposito resultaret effectus caducitatē, pendens * litis tanquam calumniosè non merebatur attendi.

4 L. 1, §. si inter, ff. litig. Lancellot. de attentat. lit. pendens. cap. 4. limit. 4. Lottier. de re benefic. lib. 2.

5 qu. 20, n. 97, eoque minus appellatio * interposita, ut supra, à mandato de manutendo, quia illius executionem non suspendebat, I. unica, Cod. de momen. poss. cap. fin. §. de possessione secunda qu. 6, Seraphin. decis. 1295, n. 2, Duran. dec. 222, num. 6. Rota in Bononien. bonorum 17. Martii 1649, coram me.

Quapropter cum ex natura rei, & partium confessione constet concessiones emanantes post incursum caducitatē ex culpa emphyteutæ, & quod plus est post incorporationem, ac possessionem bonorum * à Monialibus ex hoc capite captam, Judicisque decreto confirmatam nec appellatione suspensibilem, eas novas esse dicendum est juxta distinctionem Bero. conf. 112, n. 3, & 4, lib. 1, passim ab aliis in prima decisione allegatis receptam, quamvis processerint per viam remissionis caducitatē incurse, ut in fortioribus terminis dixit Rota in Portuen. Stagni 10. Junii 1641, §. nec refragatur, vers. nibilominus, coram bo. me. Cardinali Panzirolo; attentis præsertim novis pactis ibid. apotitis, nempe quod non nudus situs, ut in antiqua, sed domus desuper ædificata conceditur; quod secunda concessio facta Angelæ habeatur pro non facta, quatenus Angela esset Monialis, quod solvatur laudem, quod augeatur canon, quod per solam moram biennii in solvendo canones caducitatis contrahatur, quod in easum contraventionis Moniales possint domum cum melioramentis propria autoritate capere; quod investitura sit pro hæredibus, & successoribus absque clausula cæterata, quæ aderat in antiqua, & absque pacto francandi in eadem adjecto; hæc enim omnia de novo conventa, * cum pleraque resipiant non solum accidentia, sed ipsam substantiam rei, & contractus emphyteutici, efficiunt ut concessiones licet emanaverint sub commemoratione antiquæ, sint prorsus novæ, ut præter allegatos in prima decisione tradit Ossac. dec. 23, n. 21, & seqq. Cavalc. decis. 30, n. 88, p. 2, aliquie allegati à Modern. Fulginateensi de jur. emphyt. q. 9, n. 12, & duobus seqq. quibus additur Capyc. Latro decis. 67, n. 12, Rot. coram Jan. mem. Gregor. XV. decis. 552, n. 19, & in Cervien. bonorum 23. Martii 1648, coram Rev. Terracinen.

7 Nihil obstante, quod ibidem fuerit nominatum remissa caducitas, * quia hoc esset momenti nisi nova pacta adessent, in quibus terminis sequitur Caldas. de renovat. emphyt. lib. 1, q. 4, n. 13, & 14, in fin. Seraphin. dec. 1496, n. 2, & quotquot ex

adverso allegantur, secus è converso, ut bene declarat Rosenthal. de feud. cap. 2, concil. 19, n. 4, ubi loquitur in fortioribus terminis, & allegat concordantes; quorum opinio libentius recipienda in casu nostro, quia ipsa remissio caducitatē facta legitur pro certo pretio ab emphyteuta soluto, & verba ipsa sonant in novam concessionem, & ulterius illam anni 1597. novam fuisse declararunt partes in subsequenti anni 1612. facta Angelæ autrici Hospitalis adversarii: atque ita multa concurrunt ad demonstrandam mentem de novo concedendi; licet secus esset si ea mens eliceretur tantum ex verbo de novo concedimus, * in quibus terminis loquitur Malvas. conf. 40, n. 25. Rot. decis. 499. nu. 18. part. 5. recent. aliquie ex adverso allegati.

Non obstat, quod nova pacta, quando sunt utilia Ecclesiæ, non reddant concessionem novam, * quia verum est ad effectum, ut si substantiam contractus non tangunt, & res sit solita locari, beneplacitum Apostolicum desuper non requiratur, prout loquitur Calderin. consil. 11, de feud. Federicus de Sen. consil. 196, numer. 1. quos refert, & sequitur Caldas dicta quæst. 4, num. 8, versic. hoc tamen, & comprobat Rota decis. 191, numer. 15, part. 4, diversor. requiritur autem si pacta * essent præjudicia. 11 Rota decis. 243, numer. 16, part. 7, recentior. non autem ad effectum ne concessio dicatur nova, & independens à prima, quia tunc solum attenditur an nova pacta resipiant substantiam contractus, & acceptata fuerit caducitas ex capite contraventionis, vel aliunde elucescat mens de novo concedendi ex supra allegatis. Minus obstat, quod si concessiones essent novæ partes referentes beneplacitum Apostolicum; quia vel illud necessarium non erat ex quo nova pacta utilia erant Ecclesiæ, ut mox dicebatur, vel prævalent alia conjecturæ, imò, & demonstrationes supra adductæ; vel in omnem eventum de beneplaciti Apostolici defectu, sola Ecclesia exciperet potest, Mantic. de tacit. lib. 3, tit. 16, sub num. 12, Gratian. disceptat. 202, num. 25, Surd. decis. 171, num. 17, Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 467, num. 16, Rota decis. 133, numer. 11, part. 2, diversor. decis. 375, num. 4, part. 1, recentior. & in Maceraten. Census 1. Februar. 1648, coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio.

Elaborandum ergo non est super intellectu antiquæ investiturae, fuerit scilicet, nec ne, transitoria ad extraneos, vel correspondenti canonis fructui rei concessio, locatio potius quam emphyteusis; quia agitur ex novis concessionibus præcisam habentibus naturam contractus emphyteutici, & in quibus non militat correspondentia canonis, quin ille longè minor est fructus domus concessio ad annua ferè scuta centum, & ultra ascende, & insuper adest obligatio solvendi laudem locationi non congruens ex allegatis in prima decisione §. his positis.

Quatenus vero etiam novas concessiones transitorias esse ad extraneos educitur ex clausula, ad habendum, & in perpetuum, ibi, apposita, placuit Dominis responsio primæ decisionis in §. contrarium, quod videlicet clausularum * hujusmodi virtus evacuat ex prohibitione alienandi, sine consensu Domini, ut articulo mature discussio, & aliis decisionibus allegatis bis respondit Rota in Caieta. bonorum teria Decembri 1646, §. quod sine difficultate,

ficiunt, & duob. seqq. & 10. Junii 1648, §. & proinde, vers. loquitur, coram R. P. D. meo Cerro, ubi signanter declaratur decis. 294, par. 2, recent. quæ eadem est cum decisione relata per Giovagn. consil. 44, n. 85, lib. 2, ex adverso allegata. Alia autem decis. 741, n. 17, & 18, part. 4, tom. 3, recent. pariter ex adverso allegata, loquitur de prohibitione alienandi restricta ad personas prohibitas; solumque firmat, quod fieri potest alienatio cum consensu Domini in personas comprehensas, * ut legitur sub n. 16, vers. saltem; unde non sequitur, quod investitura sit transitoria ad quoscumque, ut bene declarat Corbul. de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob alienat. limit. n. 2, & 3, aliquid in dicta Caietana bonorum, & in decisione hujus cause allegati.

Ex quibus inevitabilis manet devolutio ob deficientiam lineæ Francisci, & Angelæ tertio loco, ut supra, investitæ; nec non ex quo Angela dominum traftit in manum mortuam, hoc est, Hospitale aduersarium, cui non suffragant solutiones canonum facta procuratori Monialium, vel earum Priorissæ; quia esto quod procurator, seu Priorissa, * possit recipiendo prædicare Ecclesiæ, quando remissio caducitatē pender ab eam, vel Ecclesia potestate, in quo casu loquitur Dec. consil. 329, sub nu. 3, Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 23, sub nu. 10, secus est, quando ultro necessarium * erat beneplacitum Apostolicum, quia tunc sicuti non potuisset prædicare exp̄les faciendo novam investitaram, eo minus tacitè recipiendo canones, juxta textum in I. Oratio, ff. sponsal. Surd. consil. 5, n. 40, & in proximis terminis Rota in Grenden. Beneficii 30. Aprilis 1640. §. minus facit, coram R. P. D. meo Royas, & in punto quod dicto casu receptio canonum non prædicet Ecclesiæ, tradit Mantic. d. tit. 33, num. 12.

In casu autem nostro necessarium fuisse beneficium placitum Apostolicum, quia res non est solita* locari, & quia solitum alteratur transferendo domum in manum mortuam comprobant allegati in prima decisione §. final. & alii quos sequuntur est Rota in d. Cervien. bonorum 23. Martii 1648, §. non sustinetur il 2, coram R. Terracinen. Quin nec sufficeret beneplacitum Apostolicum, cum copulativè requiratur evidens utilitas Ecclesiæ, * quæ hic deest cum pro domo anni redditus scutorum centum, & ultra exiguis canon scut. octo solvatur, ut in fortioribus terminis de concessione domus redditus annuorum scutorum 77, pro anno canone scutorum 12, dicit Rota in Romana domorum 18. Febr. 1650, coram me.

Et ita utraque parte informante Domini primam decisionem confirmarunt.

DECISIO LXXIX.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Legati.

Veneris 28. Junii 1652.

SUMMARIUM.

1 Statuti dispositio militans in sententiis validis non militat in injus.

2 Legatum dotis ab extraneo relicitum dicitur conditionale. Conditionale non transmittitur ante conditionis eventum, n. 3, & 5. Pro dote dicitur conditionale, num. 12.

4 Conditionem non inducit tempus certum legato adiectum.

6 Conditione adiecta executioni, & non substantiae legati, non facit illud conditionale. Quando substantiae legati non executioni censeatur adiecta, num. 7.

8 Dos quando succedit loco legitimæ omnem conditionem respuit. Non debetur filiae si non perire, num. 11.

9 Conjecture in claris non admittuntur.

10 Alimenta præstantur pueræ donec nubat.

13 Confessio facta in his, que à potestate confitentis non dependent, non nocet.

In ultimo, sub quo Gaspar Pastrinus testamento deceperat Dialtae legavit in hac verba, videlicet, postquam compleverit ætatem annorum 17, reliquit pro ejus dotibus cum nupserit in seculo, vel in Domino libras 4. Bononien. moneta currentis; Pro cuius affectione legati post obitum Dialtae 17. expleto jam anno præcedentis innuptæ Felicita soror ipsius, ac hæres binas sententias favorabiles obtinuerat; ab his vero commissa mili causa appellationis, sub clausula constito, quod sit locus statuto Bononien. in legatorum causis unicam tantummodo appellationem deferenti, dubium hodie proposui juxta scriptum; & in negativam DD. iure sententiam. Quoniam dispositio statuti militans in sententiis validis * æquæ, ac iustis in his injuriatæ vitio laborantibus admitti proinde non poterit, secundum Eugen. consil. 52, num. 44, lib. 2, Modern. Roman. discept. foren. cap. 691, nu. 27, Rot. decis. 662, n. 3, p. 1, recent. & coram bo. me. Urgellen. decis. 198, num. 2, & in Bononien. prædicti 5. Decemb. 1636, coram R. Terracinen.

Harum vero injuriatæ sententiarum exinde defumitur, quod legatum dotis exifitebat conditio, * dum relictum fuerat ab extraneo ad text. l. sancimus, C. de nupt. l. stipulatione 22. ff. de jure dot. not. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero nu. 3, ff. de condit. & demonstr. Menoch. consil. 455, n. 8, Card. Mant. de conjct. lib. 11, tit. 22, nu. 8, in fine cum seqq. Rot. coram Greg. decis. 346, n. 2, illudque fuerat cum nupserit attributum, ut ponderavit Ruin. consil. 68, n. 7, lib. 4, Menoch. consil. 455, n. 10, Paris. consil. 25, n. 59, lib. 2, Rot. in Bononien. successionis II. Februar. 1598, coram clar. me. Card. Pamphilio, & 29. Octobris 1500, coram Lancell. post primum vol. consil. Giovagn. consil. 42, n. 129, & 132, quod ideo per legatarium transmitti* non potuit ad suos hæredes, si pendente nupserum conditione deceperit ad text. in l. sed, & si plures, ff. de vulg. & pupill. l. pen. C. de impub. & aliis substit. Menoch. consil. 81, n. 4, & consil. 455, nu. 1, Rot. decis. 538, num. 6, part. 1, divers. & in add. Bononien. successionis II. Febr. 1588, coram Cardin. Pamphilio, & in aliis relatis in Romana fideicommissi de carribus in §. quia dos legata fuerit 20. Novembris 1647, coram me, sed penes legantis hæredes remansit, ut voluit Paris. consil. 25, num. 59, lib. 2, Covar. in cap. 3, n. 11, de testam. ubi attellatur de communi Albert. Brun. in tract. quod stanibus masculis art. 11, qu. 3, n. 23.

Neque hujusmodi legatum purum poterit reputari, sive fuisse purificatum, vel quia ipsius configuratione ætas annorum 17, adiecta fuerat, adeoque certum tempus * omnino futurum nullam inducens regulariter conditionem jux. text. in l. Seius Saturninus, ff. Trebell. l. ex his, C. quand. dies legat. sed Bald. in l. ambiguitatem nu. 4, vers. aut apponitur dies certa, C. de usfr. Vel quia conditio